



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Ferrum ex vna parte à magnete contactum vim no[n] semper ex vtraq[ue]
parte recipit. Cap. XLIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

*Si infra admoueas, illud fugabit, & pars quæ supra fuguerat, infra ad se trahet, ubi adnotandum contraria-
tum operari.*

*Ferrum ex una parte à magnete contactum vim nō sem-
per ex viraq; parte recipit. CAP. XLIII.*

*S*i ferrum in uno extremo à magnete tangetur, in ea parte vim recipit, & in altero extremo contraria. Sed id non absolute intelligendum, sed in eo ferro, quod proportionatè fuerit longitudinis: nam si longiusculū fuerit, vis ad alterū extreum non perueniet, sed si scire percupim⁹ quousq; virtus illa peruererit, sciendū quousq; orbis peruererit, ut diximus. Vnde si orbis ille radij pedalis fuerit, ad pedem vis illa profunditur in ferro. Quod si huius rei periculum facere volueris. Tangatur magnete longiusculum ferrum triū pedū ex una parte, si ex altera ferrum tetigeris, tactum ferrum non mouebitur à suo loto, sed si ad pedem tetigerimus, vel ad duos, videlicet quousq; virtus orbis nota pertigerit, & ferrum tetigerimus, illicò rapietur, & mouebitur.

*Ferrum in medio à magnete tactum, vim per extrema
diffundit. CAP. XLIV.*

*S*i ferrum iusto longius aliquantulum fuerit, illudq; in medio sui lapide contingemus, lapidis partis vires ad extrema diffunduntur, sed obscuriusculæ, nam vtra sit ignorabitur, ac si paulo remotiusculè à medio contactus fuerit, propinquior pars tangentis partis vires sortietur, borealis, vel australis.

*Ferreum annulum à magnete contactum utrasq; virtus
surripere. CAP. XLV.*

*A*t si ferreum annulum ex una parte magneti adfricabimus, tunc cōtacta pars magnetis vires partis cōtrahet, & aduersa contrarias, & ob id ferrei annuli medieras, non nisi dimidiatae virtutis illius capax est, ac si rectum fuisset, at si stylum in annuli formam effor-
mabimus, & pars commissuris opposita magneti ad-
frice-